

Modus inueniendi locorum longitudines ex eclipsibus omnium certissimus.

Quoniam modo locorum longitudines ex eclipsibus cognitae in nautarum planisphaerio sint collocandæ.

Quoniam arte ea loca collocanda sunt in nautarum planisphaerio, quæ sub uno parallelo nauigantibus offeruntur.

Meridianus norma quedam est aliarum positionum.

Non quævis positio inclinatio loci ad locum, quæ in nautarum planisphaerio explicata reperitur, pro uera accipienda est, sed ea duntaxat sub qua ab uno ad alterum nauigatum fuerit aliquando.

Nautæ særissimè decipiunt eas locorum positiones sequutæ, quas marina charta ostendit, & quomodo causas ignorent.

Errant marinorum chartas artifices, quod locorum longitudines ex ipsis chartis depromptas non alia arte in globo, quam stellas fixas collocant.

Littora maris dite Merranei in ipsa marina charta non ueras habent altitudines poli: & unde tantus error prouenerit.

Cur tantus appareat in marina charta Isthmus ille qui inter Mediterraneum & Arabicum sinum?

Descriptionis rectilinei planisphaerij Ptolemæi emendatio, alterius etiam planisphaerij facilior demonstratio.

Si susponamus in terrestri circuitu secundum maximum circulum Leucas Hispanicas esse 6000. Leuca una uni Schoeno equalis erit.

Sub eadem maximi circuli ad meridianum inclinatione non erit per omnem tractum atque in uniuersum eadem longitudinis differentia, nec eadem habebitur uiatoria distantia inter duo data loca. Nam si primus locus ad secundum, & tercium ad quartum eandem habuerint positionem: distantiae tamen à manifesto polo inæquales fuerint, uiatorię distantię & longitudiniis differentię inter ipsa loca inæquales erunt, & reliqua huiusmodi.

Longitudinis differentia duorum locorum interdum in marina charta contrahitur: interdum uero producitur!

Longitudinis differentia duorum locorum, quomodo ex marina charta uere concludi possit.

Tabula inclinationis maximi circuli ad meridianum septem differentes positiones continens.

Quoniam nauis uia preter meridianum & equinoctiale angulosa est: idcirco incertum pro certo statuere interdum oportet & reliqua.

Non potest fieri redditus declinationis Solis ad eadem minuta: etiam adhibita equatione.

Quomodo cognosci potest, quoniam die Sol declinatione caret.

Ioannes Lucidus perpetam Alphonsum reprehendit.

Ioannes de Monteregio à temporis spatio, quod in tabulis Alphonsi inter Nubes & Christum reperitur unā detraxit diem, eademque ei spatio quod inter Christum & Autumnale equinoctium à Ptolemæo obseruatum adiecit.

Fidem adhibendam non esse libello de Inerrantium stellarum significationibus à Nicola Leonico è Greco translato.

Pridie quam Christum Redemptor orbis conciperetur fuit Vernal equinoctium Romæ, celebrabatur tamen 25. die Martij iuxta Cesaris institutum.

Observationes stellarum fixarum à Ioanne Vernerò, Copernico, & Cardano factæ, dissident inter se.

Alberti Pighij Campensis in Geometria error aperitur.

Alberti Pighij Sophisma quoddam circa declinationē eclipticę fixę dissoluit.

Marcum Beneuentanum, quoniam tantam putauit esse eclipticę fixę declinationem, quantam Ptolemæus mobilis eclipticę declinationem inuenit, caput aut